
Ad Simonis Atheniensis fragmentum (p. 67—69) addendam.

In fragmento Simonis, quod in primo fasciculo publici iuris feci, duas maculas typothetae errore scriptoris verbis aspersas elue sodes: p. 69, 13 dederam εὐκολπότερον pro εὐκολπώτερον (de qua lectione infra agam), ib. 15 in ἰσχίων primam litteram iniuria absumptam reduc. Deinde nunc puto 68, 15 sq. ἐπιση-

μοτάτη 'sehr scharf ausgeprägt', quod in C traditum est, de equino capite dici potuisse: reicienda igitur emendatio, quam amplexus sum, ἐπισιμοτάτη, in qua plura displicent: et superlativus merito Blassio improbat et ipsa vocula, Simonis est enim ἀνάσιμος (68, 11. 12); denique Graecis equi σιμοί turpissimi esse visi sunt: Herod. V 9, Plato Phaedr. 253 d, Aeliani h. a. XVI 24, cf. 'Anecdota Cantabrigiensia' (progr. Berolin. 96) p. 32 ann.

At graviora restant. Sero enim vidi Simonis fragmentum etiam in hippiatricorum codice Londinensi L. (cf. p. 55, ann. 1 supra) aetatem tulisse, cuius mihi apographum a Bussemakero anno 1861 factum praesto fuit. Bussemaker autem in universum diligenter officio functus non modo novas particulas codicis L accurate descripsit, sed etiam in eis capitibus, quae in G quoque servata sunt, docte discrepantias, quae ex L accrescunt, graves leves adnotavit et codicis C capita eiusdem argumenti respexit. Et ad fol. 222 b—223 b codicis L ubi rettulit Simonis fragmentum extare, legentes ad codicem Cantabrigiensem relegare satis habuit ne syllaba quidem addita. Itaque putavi frustulum Simonianum ex C descriptum in codicem L, qui est recentioris aetatis, venisse. Paulatim vero apographo libri Londinensis alibi accuratius perillustrato eius non pauca propria esse cum cognovissem, ut de Simone certior fierem, optare coepi. Itaque Friedericum Kenyon, virum summum, per litteras adii, ut, qua est incomparabili humanitate, mea causa fragmentum Simonis in codice musei Britannici inspiceret et de libri natura pauca adnotaret. Eius igitur esse scito, quae hic grato animo prolaturus sum.

Codex in catalogo manu scriptorum Mus.-Brit. bibliothecae Sloanianae no 745 ita descriptus est:

'Codex Graecus, ex charta bombycina in 4^{to}, foliis 246, saec. XIV [teste Kenyone potius saec. XIII desinentis], quondam Hieronymi Seripandi, Cardinalis, postea Johannis Wittii.

De Veterinaria Medicina libri duo [quorum uterque τμήματα habet 49] ex operibus Apsyrta Clazomenii e. q. s. (seculum nomina triginta quattuor mulomedicorum).

Praemittitur tabula contextorum copiosissima [ff. 2—21]. Quibus addit Kenyon: 'codex bene plerumque conservatus est, atramento nigro conscriptus, rubris autem litteris initialibus, et rubris capitulorum titulis, ornamentis fere nullis. Mensura foliorum 25 cm × 16½ cm. Scriptura lectu facilis'.

Contextus autem fragmenti Simoniani, qui in L invenitur, quam mire a Cantabrigiensi discrepet, ut cognoscas, omnes lectiones a C alienas brevi in conspectu ponam:

p. 67, 2 δεῖν pro ἐπιθυμεί 4 ἔστι 5 post χώραν extat punctum, ib. Θετταλία 7 ἀρμόσει 8 ζῶω, χρόαν δὲ οὐκ ἔχω εἰπεῖν ἀρίστην ὀρίσαι 11 πολὺ ἢ 12 βραχὺν 13 ἀκρωμίας 14 βραχὺ 16 ἀγαθὸν καὶ τὰ τοῦ ἵππου δὲ σκέλη 17 εὐφορα, πλατεία 18 ἔχιν. ἔτι δὲ ἑαυτῶ.

p. 68, 1 μάλλον, μάλλον (sic), πλήρης 2 κυνοβάτης 6 σκελοῖν 8 πλατεία, ὠμοπλάτην 10 προνομήν ὀρθά, τὴν ἐκφουσίω

11 ἄσιμον 13 εἰς τοῦπισθεν, λεπτοτάτου 14 κατακαμπτέσθω
18 τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς μεγάλους.

p. 69. 1 λαμπροὺς 3 λαγαρώτατα, ἀκρωμίαν 5 δὲ ὄσφον
ύγρὰν 6 ἀμφοῖν, σταίη, ὡς 7 τοῖν ὄπισθεν 8 πλατύ 9—10 μι-
κρότατον. σιαγόνα desunt 10 τὰ δὲ μηρία 11 σαρκώδη,
δέ prior om. 12 μηρίων, δὲ om. 13 ὀλίγον εὐκολλώτερον.

p. 69, 15 δασείαν 17 μάλιστα om. 18 πλείστα ὅσα γὰρ
κέκτηται πλείστα, τοσαῦτα μεγίστας 19 τῶν deest,
παρὰ τοῦτον τὸν χρόνον 22 ἐλάττονι, ἀκμαῖος 23 ποδωκίαν.

Quinquaginta igitur locis in hoc perexiguo frustulo L a C
dissentit et ita dissentit, ut praeter paucas, quas praebet, lectiones
aperte vitiosas (e. g. p. 67, 18. 68, 1. 10. 11. 69, 8. 22) fere ubique
meliora quam Cantabrigiensis memoriae mandaverit. Quae sane
pleraque ita comparata sunt, ut librariorum incuriae in C de-
beantur, nunc a Blassio sint emendata. Restant vero nonnulla
graviora neque quidquam magis memorabile quam quae p. 69, 18
in L leguntur ita, ut opinor, restituenda: δεύτερος δὲ ὅς τὰ
τούτων ἔχει πλείστα ὅσῳ γὰρ κέκτηται πλείστα, τοσοῦτω
μεγίστας ὠφελείας παρέχεται i. e. *'secundus est, qui plurima
corum habet, nam quo plura possidet, eo maiorem praebet utili-
tatem'*. Codicem L ita secutus sum, ut nihil nisi ὅσα et τοσαῦτα
mutarem. Praeter expectationem ergo novum enuntiatum adepti
sumus, quod in C scribarum socordia perspicua abreptum est:
immo ibi inaudito monstro, quod effinxerunt, gavisi ἔχει πλείστας
καὶ ὡσας μεγίστας exaraverunt. Libenter quoque cum L
nunc legimus 68, 10 ὀρθά pro ὀρθόν (vel ὀρθήν) et τὴν ἔκφυσιν
pro τῆς ἐφύς (sic), ubi ego plura mutavi; et 69, 5 τὴν δὲ ὄσ-
φόν (δέ hic opus esse iam vidit Blassius). Et gaudemus, quod
69, 12 δέ et 9—10 in loco interpolato octo verba maxime ab-
surda et molesta μικρότατον. . . . σιαγόνα in L omissa sunt. 69, 13
habet C ὀλίγων ἐγκολλώτερον, L ὀλίγον εὐκολλώτερον. Blassius
dubitaverat, utrum ὀλίγω au ὀλίγον restituendum esset: nunc non
iam dubitamus. Ego cum eodem viro docto Darembergium secutus
εὐκολπότερον scripsi, ad quod sane L propius quam C accedit:
nunc vero nescio, an etiam εὐκολλότερον vel ἐγκολλότερον 'wohl
geleimt' 'angeleimt' ita defendi possit, ut dicamus illud idem sig-
nificare atque συμπεπιεσμένος vel συνεσταλμένος i. e. *'subsidiens'*
vel *'substrictus'*. Prima sententia fragmenti 67, 2 non extat in
C nisi misere lacerata: δοκεῖ μοι περὶ ἰδέας ἵππικῆς ἐπιθυμεῖ
πρῶτον εἶδέναι καλῶς τοῦτο τὸ μάθημα. Cum L pro ἐπιθυμεῖ
habeat δεῖν, iam omnia bene fluere videntur; neque tamen mihi
persuadere possum δεῖν genuinum esse, quoniam frustra quaerimus,
quomodo ἐπιθυμεῖ istud pro δεῖν intrudi potuerit. Itaque puto
nos in L manum deprehendere docti cuiusdam hominis, qui Graeci
sermonis peritus non sine vi verba scriptoris corruptissima sanare
studuit. 67, 8 legimus in C χρόα δὲ οὐκ ἔχω ἵππων ἀρετὴν
ὀρίσαι, in L vero χρόαν δὲ οὐκ ἔχω εἰπεῖν ἀρίστην ὀρίσαι: vix
dubium, quin etiam hic cum C facere debeamus, cuius in verbis

nihil offensionis insit, cum in L et sententia minus arrideat et εἰπεῖν ex ἴππων depravatam et iuxta ὀπίσσει molestissimum perferri nequit.

Berolini.

E. Oder.